ADDITIONES.

a 1 *Multæ poſſunt enumerari diuiſiones teſtamentorum.*] Adde, † quod ex antiquis illis tribus teſtamentorum generibus (quorum vnum calatis comitijs, alterum in procinctu, tertium per æs, & libram fiebat, de quibus in §. ſed vt nihil antiquitatis. 1. Inſtitut. de teſtamen. ordinand. ibique Theophilus, viglius, Mynſingerus, Borcholt. Heigius, & alij de ijſdem inſpiciantur. A. Gellius lib. 15. noct. Attic. cap. 27. Marcus Cicero lib. 1. de Orator. & libro 1. de natura Deorum. Plutarchus in Coriolano, Vlpianus in fragment. Inſtitut. titul. 20. Coraſius lib. 5. Miſcellan. iur. ciuil. c. 12. Connan. lib. 9. Commentar. iur. ciuil. c. 1. nu. 4. Petr. Gregorius lib. 42. ſyntagm. iuris vniuerſ. capitul. 3. Forcatul. Necyomant. Dialog. 14. & Hilliger. in Donello enucleat. lib. 6. cap. 6. ad litt. B.) ſublatis, & abolitis,
2 alia duo † Diuorum Principum Conſtitutionibus conformata defluxerunt: ſolemne ſcilicet, & minus ſolemne. Dominicus Arumæus exercit. Iuſtin. 7. theſ. 4. D. Obrecht.
3 diſput. 19. de ſucceſſ. teſtamentar. theſ. 135. Quorum † illud vel ſcribitur, & ſcriptum: vel viua voce nominato hærede nuncupatur, & nuncupatiuum dicitur, §. ſed cum paulatim 3. & §. fin. ibique Doct. de teſtamen. ordinan. l. hæredes palam. 21. ff. qui teſta. fac. poſſ. l. hac conſultiſſima 21. in princip. & §. per nuncupationem 2. l. in teſtamentis 26. & l. iubemus 29. C.
4 de teſtam. Solemne † ſcriptum teſtamentum eſt, in quo hæredis nomen ſcribitur: quodque ſeptem teſtium ſubſcriptionibus, & ſignaculis vnico contextu celebratur, dicto §. ſed cum paula-
5 tim 3. Inſtitut. de teſtam. ordin. Solemne † nuncupatiuum teſtamentum eſt, quo hæredis nomen palam, & apertè coram ſeptem teſtibus nuncupatur, & vnico cõtextu abſoluitur, d. §. fin. Inſtit. dict. tit. d. l. hæredes palam 21. ff. qui teſt. face. poſſ. d. l. hac cõſultiſſima 21. §. 2. & dict. l. iubemus 24. C. de teſt. Donel. li. 6. Commentar. de iur. ciuil.
6 c. 10. Minus † ſolemne teſtamẽtũ dicitur, quod certè quidẽ, at non cõmuni, & cõſueta iuris teſtamẽtarij forma conficitur. Hocq. vel paganũ perhibetur, vel militare. Pa-
7 ganum † eſt, quòd fit à paganis, ea forma, quæ ſingulari iure eſt conſtituta. D. Obrecht. d. diſput. 19. theſ. 162. vt teſtam. à ruſticis, vel à parentibus inter liberos, vel ad pias cauſas, &c. cõfectũ; de quibus ſuis locis copio-
8 ſius acturi ſumus. Militare † teſtamentum eſt, quo miles in expeditione conſtitutus, quoquo modo de rebus ſuis diſponit, quid de ijs poſt mortem ſuam fieri velit, l. 1. ff. de teſt. milit. l. 3. C. eo. initio, tit. de Inſtit. de milit. teſt. Item adde ad hanc quæſtionem videndum Nicol. Reuſ. in tract. de teſt. p. 1. c. 11. & Io. Dauthiũ in tract. de teſt. nu. 119. & ſeq. pag. mihi 115. qui varias teſtamentorum diuiſiones diligenter recenſet. *Harprec.*

QVÆSTIO III.

1 *Væro, quot ſint genera teſtamentorum? Reſpond.* a *quod multæ poſſunt enumerari diuiſionem teſtamentorum, tam reſpectu formæ, & ſolemnitatis in eis requiſitæ, quam priuilegiorum; quæ ſiue propter perſonam eius, qui condit teſtamentum, ſiue eius, qui in teſtamento hẽres inſtituitur, ſiue propter cauſam, in quam aliquid relinquitur, ipſis teſtamentis à iure communi conceſſa ſunt. Reſpectu formæ dicimus, quod aliud eſt teſtamentum in ſcriptis, aliud eſt teſtamentum nuncupatiuum, de quibus infra q. 4. Reſpectu priuilegiorũ habes, quod aliud eſt teſtamentum conditum ad pias cauſam, aliud cõditum ad profanas, de quibus infra q. 6. & 7. Aliud eſt teſtamentum conditum inter liberos, aliud conditum inter extraneos, de quibus infra quæſt. 8. & ſeq. Aliud eſt teſtamentum militis, aliud teſtamentum pagani, de quibus infra q. 15. Aliud eſt teſtamentum cæci, aliud non cæci, de quo dixi infra quæſt. 17. Solemus etiam dicere, quod aliud eſt teſtamentum validum, ſiue ſolemne; aliud inualidum, ſiue minus ſolemne; de quibus multa dicemus in diſcurſu materiæ, & maximè q. 89. & ſeq.*

QVÆSTIO IV.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Quid differat Teſtamentum nuncupatiuum à teſtamento in ſcriptis.*
2 *Et an teſtamentũ conditum ab eo, qui volebat teſtari in ſcriptis non ſeruatis ſolẽnitatibus requiſitis, valeat vt nuncupatiuũ.*
3 *Et an teſtamentum factum per relationem ad aliquam ſchedulã teſtibus non lectam, valeat.*
4 *Et quid ſi Notarius per errorem appoſuerit clauſulã, quod nõ valeat niſi iure codicilli, an ſuſtinebitur in vim teſtamenti.*

Ex Additionibus.

1 *Teſtamentum nuncupatiuum, vnde ſic appelletur.*
2 *Nuncupatiuũ teſtamentum, quæ habet cum ſcripto cõmunia. quæ item ſingularia.*
3 *In teſtamento nuncupatiuo teſtator volũtatem ſuam teſtibus reuelare cogitur: non item in ſcripto.*
4 *Si teſtator plures hæredes palã nuncupare voluerit, & quibuſdam nuncupatis, priuſquam cæteros exprimeret, obmutuerit, an teſtamentum eius ſaltem ex parte ſubſiſtat.*
5 *Mens, & ſententia l. iubemus. 29. C. de teſtam.*
6 *Separatorum ſeparata ratio.*
7 *An teſtamentũ factum ab eo, qui volebat teſtari in ſcriptis, nõ ſeruatis ſolẽnitatibus requiſitis, valeat vt nũcupatiuũ, remiſ.*
*7 *Teſtamẽta duo ſi reperiantur, vnum publicum, alterum priuatum, cui ſtandum.*
8 *Nunquid teſtamentum factum per relationem ad aliquã ſchedulam, teſtibus non lectam, ſubſiſtat remiſſiuè.*
9 *Hæredis inſtitutio deſcripta in ſchedula, quæ penes aliquem reperitur, an valeat.*

ADDITIONES.

1 a *Nuncupatiuum.*] Adde, quod † teſtamentum nuncupatiuum inde ſic eſt appellatum, quod teſtator palam coram ſeptem idoneis teſtibus ad id nominatim rogatus, nullo alieno actu interpoſito, hæredis nomen, totamque ſuam voluntatẽ nuncupet, ſiue exponat. §. vltim. Inſtitut. de teſtament. ordinand. l. hæredes palam 21. ff. qui teſtament. face. poſſ. l. hac conſultiſſima 21. §. per nuncupationem. 2. & l. iubemus 29. C. de teſtam. latè Reuſner. in tractatu de teſtam. par. 3. cap. 29. nu. 2. Ex quo haud obſcurè liquet: nuncupatiuũ
2 hoc † teſtamentum non ſolum cum ſcripto habere commune, vt ſeptem idonei, & rogati teſtes adhibeantur, teſtatioque vno contextu fiat: ſed etiam duo habere ſingularia: primum quod fieri poſſit ſine vlla ſcriptura, vel ſubſcriptione, aut ſubſignatione teſtium, alterum quod fiat nuncupatione: quæ in eo vertitur, vt teſtator vltimam voluntatẽ ſuam palã, hoc eſt, clarè, & intelligenter, ita vt à teſtibus exaudiri poſſit, nũcupet, atque declaret, Donel. lib. 6. Coment. de iur. ciuil. c. 10. pag. 19. D. Obrecht. diſp. 9. de ſucceſſ. teſt. theſ.
3 155. & ſeq. Itaque † in nuncupatiuo hoc teſtamento teſtator voluntatem ſuam teſtibus reuelare cogitur; in teſtamento autem ſcripto celare poteſt,

QVÆSTIO IV.

1 *DIXI, quod aliud eſt teſtamẽtum conditum in ſcriptis, aliud nũcupatiuum. Scire debes, quod teſtamentum in ſcriptis eſt, in quo interueniunt ſolemnitates requiſitas in l. hac conſultiſſima in*
a *princ. C. de teſtam.* a *Nuncupatiuũ autẽ eſt illud, quod cõficitur per nuncupationem ſine ſcriptis, iuxta formam, de*



poteſt; d. l. hæredes palam, 21 ff qui teſt. fac. poſſ. d. l. hac conſultiſſima 21. in princ. & §. per nuncupationem 2. C. de teſt.

Quia verò ex ſupra dictis colligere promptum eſt teſtamẽ-
4 tum † nuncupatiuum in vno contextu temporis, vnoque actu continuo fieri debere: non abs re quæritur, ſi teſtator plures hæredes palam nuncupare voluerit, & quibuſdam nuncupatis, priuſquam cæteros exprimeret, obmutuerit, hoc eſt, in ſermone deferit, vi morbi ſubita, ſiue epilepſia, ſiue apoplexia impeditus, ita vt nihil amplius loqui potuerit: vtrum teſtamentũ eius, ſaltem ex parte, valeat? Et nulla ex parte, valere, reſponſum eſt in l. ſi is, qui 25. ff. qui teſt. face. poſſ. Huiuſq; euidens eſt ratio: quia non reputatur teſtamentum, niſi ſit ſuprema voluntatis conteſtatio, l. 1. ff. qui teſt. face. poſſ. At qui ſupremã volũtatẽ pro parte teſtatam, pro parte inteſtatã relinquere nõ poſſumus, l. ius noſtrum 7. ff. de regul. iur.
5 Cui † non refragatur dict. l. iubemus 24. C. de teſta. vbi dum expreſſum eſt, pluribus teſtamento hæredibus ſcriptis, quamuis aliquid hæredes non ſint proprio teſtatoris chirographo ſubnotati, eos tamen hæredes fore, qui ſcripti ſint manu teſtatoris: dicendum eadem ratione videtur, ſi teſtator quorũdam hæredum nomina ipſis teſtibus nuncupauerit, ſiue expoſuerit, quorundã reticuerit, eos ſolos, qui nuncupati ſunt, ſuccedere. Non inquã, lex iſta refragatur. Præterquam enim, quod ius illud de nominibus hẹredum à teſtatore propria manu, vel teſtiũ, ſcribendis, abrogatũ eſt Nouel. 119. c. 9. loquitur etiã allegata lex in alio planè diſſimili, ac diuerſo caſu. Se-
6 paratorum † igitur ſeparata eſt ratio, l. Papinianus 20. ff de minorib. 25. annis, l. vlt. ff. de calumn. l. qui fundum 7. §. 1. ibi, propriã, ac ſeparatã conditionẽ habent, ff. pro empt. Nã in d. l. ſi is, qui 25. ff. qui teſt. fac. poſſ. idcirco nulli ſunt hæredes: quia teſtator teſtamentum quidẽ facere cẹpit, ſed non perfecit, id eſt, voluntatem totã non nuncupauit. Aſt in d. l. iubemus 29. C. de teſt. propterea quidam hæredes manent: quoniam teſtator teſtamentũ per ſcripturam perfecerat, & omnes, quos voluit eſſe hẹredes, ſcripſerat: ſed non omnium hæredũ nomina proprio chirographo ſubnotauerat, aut nuncupauerat: & ſic rectè Imperator cenſet,
7 † non totum teſtamẽtum per hoc infirmari: ſed eos duntaxat hæredes, qui ſubnotati, aut nuncupati non ſunt, ab hæreditate repelli. Ita benè explicat Nicolaus Reuſner. d. tract. de teſtam. par. 3. cap 29. nu. 25. *Harprec.*

*7 b *Redactum.*] Quando duæ † ſcripturæ teſtamenti reperiũtur, vna publica, & authentica, altera verò priuata, & protocollum eorum reperitur, cui ſit ſtandum? Vide per Cẹphal. conſil 238. *Giach.*

c *Sed quæro.*] De hac quæſtione (an teſtamentum conditum ab eo, qui volebat teſtari in ſcriptis, non ſeruatis ſolemnitatibus requiſitis, valeat, vt nuncupatiuum) omninò videndi ſunt. Fernand. Vaſquius in tractatu de ſucceſſ lib. 2 § 2. num. 11. & ſeqq. eumq; referens Iac. Menoch. in tract. de præſũpt. lib. 4. par. 2. præſumpt. 2. nu. 14. & ſeqq. vbi tres caſus accuratè diſtinguit, & declarat. *Harprec.*

d *Tale teſtamentum.*] Vide de hac quæſtione Thom. Gram. deciſ. 62. nu. 24. & 25. Afflict. dec. 143. Soc. conſ. 175. vol 2. Cæphal. conſ 99 num 16. vol. 1. Iaſ. in l. hac conſultiſſima, §. per nũcupationem, C. de teſt. *Gouean.*

8 e *Sed pone aliquis ſcripſit, &c.*] Adde † de iſta quæſt. (an teſtamentũ factum per relationem, ad aliquam ſchedulam, teſtibus non lectam, ſubſiſtat) diuerſimodè ſentiẽtes Viglium nu. 2 & Myſinger. nu. 3. in §. vlt. Inſtit. de teſtam. ordinand. Dn. collegam Bocerũ claſſ. 3. diſp. 2. theſ. 48. edit. 2. Arumẹ. Exercit. Inſtit. 8. theſ. 5. Reuſn. d. c. 29. num 18. & 28. Harmanum Piſtor. li. 1. quæſt iur. q. 1. num. 10. Maſcar. in tract. de probationibus, volu. 1. concluſ. 1352. nu. 73. Calcan. conſil 90. nu 5. Gozad. conſ. 3. nu. 16. Pariſ. conſil. 19. nu. 26. vol. 3. Couar. in c. cum tibi nu 5. de teſtam. Alciatum conſil 126. n. 1. & 2. lib. 9. Graſſ. lib. 1. recept ſent. §. inſtitut. q. 16. nu. 3. Mantic. de coniect. vltimar. volun. lib. 4. tit. 3. num. 11. Ant. Gabr. lib. 4. commu. concl. tit. de teſt. concluſ. 11. num. 4. Boer. deciſ. 249. Thadæuũ Piſonẽ lib. 2. var. reſol. ca. 2. nu. 2. & alios plures ab his deſignatos. *Harprec.*

f *Nunquid tale teſtamentum valeat.*] Quod valeat de generali conſuetudine, dixi in ſing. meis ſing. 280 vt ibi. *Giach.*

g *In inſtitutione.*] Quid ſi teſtator dixit, inſtituto illum, cu-
9 ius nomen eſt deſcriptum † in quadam mea ſchedula, quam depoſui penes Guardianum obſeruantiæ B. Franciſci, an valeat? quod ſic: vt per Ang. de Aret. in §. 1. nu. 6. Inſtit. de teſtamen. vbi Additio. And. Gail. poſt alios dixit, quod ſi teſtator grauauerit hæredem dare illud, quod continetur in dicta ſchedula, quam reliquit penes Guardianum, ſi recognoſcatur, ſaltem per comparationem, hæres cogitur adimplere legata virtute teſtamenti, ſecundum dictam ſchedulam, & tenuit Rim. iun in conſil. 449. nu. 24 Et quid quo ad inſtitutionem, per eundem conſil. 379 n. 49. *Giach.*

h *Contraria tamen opinio.*] Et hanc ſequitur tũ quoad legata, tum quoad hæredis inſtitutionem, Soc. in l. ſi ita, ff. de cond. & demon-

*qua in l. hac conſultiſſima, §. per nuncupationem, & intellige, quod omne teſtamentum, in quo non ſunt ſeruatæ ſolemnitates poſitẹ in d. l. hac cõſultiſſima, in princ. dicitur nuncupatiuum, etiamſi ſit in ſcripturam* b *redactũ: prout quotidiè fieri videmus per Notarios, qui teſtamenta, de quibus ſunt rogati, in publica inſtrumenti forma conficiunt. Nam nihilo minus dicuntur nuncupatiua, & ſine ſcriptis, ex quo eo caſu ſcriptura non interuenit pro forma, ſed ſolummodo ad faciliorem probationem. Poſſet enim etiam ſine ſcriptura confici, & per teſtes ſolos probari vt dixi infra lib. 6.*

2 c *Sed* c *quæro: Pone quod aliquis velit teſtari in ſcriptis, et teſtetur, ſed non ſint in confectione ipſius teſtamenti ſeruatæ aliquæ ex ſolẽnitatibus requiſitis ad teſtandũ in ſcriptis iuxta diſpoſitionem dict. l. hac conſultiſſima, in princip. puta quia omnes teſtes non ſubſcripſerunt, vel eorum ſigilla non*
d *appoſuerunt, nunquid* d *tale teſtamẽtum valebit ſaltem iure teſtamenti nuncupatiui? Reſpon. quod ſic. Ita tenet Bartol. in l. ſi. ff. de iure codicill. prout illum refert Goz. conſ. 3. n. 11. qui dicit, quod ita eſt communis opin. ſcribentium. Sed certè iudicio meo Goz. fallitur in allegato conſ. neque Bart. aut Doct. per eum allegati hoc dicunt, propterea tenenda eſt opi. Bart. in d. l. ſi. in fin. diſtinguentis poſt Dyn. ibi, quod ſcilicet aut conſtat, quod teſtator voluit teſtari in ſcriptis, & ſi deficiat ſolẽnitates requiſitæ, nõ ſuſtinetur teſtamentum, neque etiam iure teſtamenti nũcupatiui. Aut non conſtat, & tunc licet cẹperit teſtari, vt in ſcriptis, valet nihilominus, vt nũcupatiuum. Sumenda eſt enim ſemper illa interpretatio, per quam actus ſuſtinetur, niſi volũtas teſtatoris deficiat. Et ita ſentiunt fere omnes Doctor. in hac materia loquentes.*

3 e *Sed pone: Aliquis ſcripſit manu ſua, vel etiã ſcribi fecit ab alio ſuã vltimã voluntatẽ: deinde coram ſeptem teſtibus dixit illud eſſe ſuum teſtamẽtum, & quod ita diſponebat de bonis ſuis, vt legebatur in ipſa ſcriptura, quæ tamẽ teſtib. lecta non fuit: Quæro,* f *nunquid* f *tale teſtam. valeat? Reſp. ſi ageretur de legato, aut alio relicto particulari, res nõ haberet magnam difficultatem, quia ſatis eſſet, quod appareret de voluntate diſponentis relata ad illã ſcripturam, iuxta vulgatã doctrinã Bart. in l. ſi ita ſcripſero, nu. 1. ff. de cond. & demonſt. de qua dixi ſupra §. legatũ. ſed*
g *maior eſt difficultas* g *in inſtitutione hæredis vniuerſalis. Quia nõ videtur poſſe valere, vt teſtam. in ſcriptis, ex quo nõ ſunt ſeruatæ ſolemnitates ſubſcriptionum, & ſigillorũ. Non videtur etiam poſſe valere, vt nuncupatiuum, ex quo teſtator voluntatem ſuam teſtibus non manifeſtauit, prout requiritur in d. §. per nuncupationẽ. Con-*
h *traria tamen* h *tenenda eſt, quod ſcilicet valeat in vim teſtamenti nuncupatiui. Satis enim videtur teſtator ſuam*

demonſtr.Rub.conſil.14. Couar. c.cum tibi, de teſtam.num. 5. vide tamen trium caſuum in hac quæſtione diſtinctioné apud Rimin. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, nu.77. ff. de lib. & poſthu. & longè vberius Gabr. de teſtam. concluſ. 11. Vide Mich. Graſſ.volum.3.commun. opin.lib.2. cap.4. q.12. & 13. *Gouean.*

i *Conſulo tamen.*] Et eſt de teſtamento, in quo deſcripti ſint ſeptem teſtes, quando conſtat per publicum inſtrumentum, quod tale teſtamentum legitimè probatur, cōmunem vi. per Socin.in conſ.229. col.3. & vi. per Boer. deciſ.14.in 2. dub. num.16. qui ſub num. 20. dat cautelam. Et de hoc dixi etiā in collect. mea commun. opin. in verb. teſtamentum, num.4. *Giach.*

*voluntatem teſtibus manifeſtaſſe, ſaltem implicitè, per relationem ad illam ſchedulam, ſiue ſcripturā. Ita tenet Alex. conſ.177. nu.6. lib.2. Et hanc eſſe magis communem opin. atteſtatur Bello. conſ.85. nu.11. & dixi infra, q.36. verſic. ſed*
i *quid ſi teſtator.* i *Conſulo tamen, quod teſtator faciat per Notarium à tergo ipſius ſchedulæ, vel ſcripturæ clauſæ apponi tempus, & nomina teſtiū, & rogitum, nè poſteà cōtingat dubitari circa identitatem ſcripturæ. Et ita obſeruauit Illuſt. D. Vicecomes Senator, cuius teſtamentum in hac forma cōfectum, fuit ſuperioribus menſibus apertum in Senatu.*
4 *Non omittam hoc loco vnā quæſtionem, quæ proximis annis contigit in quodam oppido huius Dominij. Quidam teſtator vocato Notario, & ſeptem teſtibus in modum condendi teſtamenti ſolemnis, fecit legata, inſtituit hæredem vniuerſalē, eum ore proprio nominando, &c. deinde Notarius imperitus fortè volens apponere clauſulam codicillarē, ſcripſit in hæc verba: Quod quidem teſtamentum, & vltimam voluntatem præfatus teſtator voluit, & vult valere iure codicillorū, vel donationis cauſa mortis, & non aliter, nec alio modo. Fuit diu diſputatum, an tale teſtamentum poſſet ſuſtineri in vim teſtamenti. Et hinc inde fuerunt producta multa conſilia illuſtrium virorū: quia ille teſtator licet eſſe ruſticus, erat tamen diues, & pecunioſus. Io. Andr. in addit. ad Specul. de inſtruct. edit. §. compendioſè, ſub nu.17. in verbo, codicillum. refert Pyl. diſputaſſe ſimilē quæſtionem, vt ibi per eum, & tenet, quod valeat de iure codicillorum tantum, non autem iure teſtamenti. Idem tenuit Paul. de Caſtr. in l. nemo poteſt, nu.4. ff. de leg.1. & dicit Claud. in ead. l. nemo poteſt, nu.10. quod ita communiter concluditur. Ego in dicta cauſa conſului contra communem opinionem, quod imò deberet valere iure teſtamenti, attento quod apparebat illa verba fuiſſe appoſita ex errore, & imperitia Notarij; & in terminis allegabam multas deciſiones Doct. ſed omnia parū profuerunt, nam deinde intellexi, quod hæres ab inteſtato obtinuerat declarari, quod non valeret, niſi de iure codicillorum, & malè, iudicio meo.*

# QVÆSTIO V.

## SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Ad pias cauſas vnuſquiſque teſtari poteſt.*
2 *Et quid ſi alias ſit inhabilis ad teſtandum.*
3 *Et quid in pupillo.*
4 *Et quid in prodigo.*
5 *Et quid in furioſo.*
6 *Et quid in damnato ad mortem.*
7 *Et quid in filiofamil.*
8 *Et quid ſi velit teſtari de bonis aduentitijs, in quibus acquiritur patri vſuſfructus.*
9 *Et quid ſi relinquat aliqua legata alijs perſonis.*

Ex Additionibus.

1 *An pupillus pubertati proximus, vt ſtatuto, ita & Principis priuilegio habilitari poſſit ad teſtamentum faciendum.*
2 *Cur prodigo teſtamenti factio ſtatuto, vel lege municipali indulgeri poſſit.*
3 *Diſpoſitio iuris ciuilis tolli, ſiue mutari poteſt lege municipali, & principali.*
4 *Reipublicæ intereſt, ne quis re ſua malè vtatur.*
5 *Statutū, vt quælibet alia lex, ſanctum, & honeſtum eſſe debet.*
6 *Prodigalitas quales mores reſpiciat.*
7 *Regula de non abutendo rebus ſuis quando procedat.*
8 *Furioſus cur ad pias cauſas non poſſit teſtari.*
9 *Furioſi nulla voluntas.*
10 *Teſtamentum quid.*
11 *Furioſus dilucida interualla habens, an, & quatenus teſtari poſſit.*
12 *Damnatus ad mortem, teſtari nequit ad pias cauſas.*
13 *Quare filiusfamilias teſtamentū ad pias cauſas cōdere valeat.*

## ADDITIONES.

a Locis pijs.] Sed pone, quædam teſtatrix legauit cuidam affini ſuæ. An tale legatum dicatur pium? Vide per Cæph. in conſil. 216: vbi etiam multa ponit, quando aliquid dicatur relinqui ad pias cauſas, & quæ concurrere debeant ad hoc, vt illud legatum dicatur pium ibi colligere potes; hic non tranſcribo. *Giach.*

b *Hinc infertur, quod*
1 *pupillus, &c.*] Sane † de pupillo pubertati proximo, dolique capace, verior, receptiorque videtur eſſe ſententia eorum, qui exiſtimant, illum, vt ſtatuto, ita, & principis priuilegio habilitari poſſe ad teſtamentum faciendum, præſertim ad pias cauſas; propterea ꝙ tunc numerus ætatis magis ſit ſolemnitas ciuilis, quam rationis naturalis, Bartol. in l. ſi quæramus. 4 num.6 ff. qui teſtamen. fac. poſſ. Angel. & Alexan. in l. vlt. C. de teſtament. milit. Iaſ. in l. reſcripta. 7. nu.12. C. de precib. Imp. offer. Andr. Sicul. conſil. 19. col.9. lib.1. Decius in l. pupillum. 111. num.6. ff. de reg. iur. ibique Cagn. nu. 11. Hoſtienſ. in c. ſciſcitatus. 13. de reſcriptis. Reuſ. in tract. de teſt. p.2. c.5. nu.34. & ſeq. *Harpr.*

Pro-

## QVÆSTIO V.

*Dicebam etiam aliud eſſe teſtamētū cōditū ad pias cauſas, aliud conditum ad cauſas profanas. Scire debes, quod ante l. 1. C. de ſacroſanctis Eccleſ. non licebat priuatis aliquid relinquere Collegijs, aut locis pijs. Fuit poſtea condita illa lex, per quam conceſſa fuit vnicuique facultas relinquendi huiuſmodi locis*
a a *pijs ad ſui libitum. Et ita cōmuniter intelligitur diſpoſitio illius legis.*
2 *Sed quia illa lex loquitur per verbum, vnuſquiſque, fuit dubitatum, nūquid etiam illi, qui aliàs erant inhabiles ad teſtādum, cenſerentur habilitati, vt poſſent teſtari ad pias cauſas? & aliqui dicebant, quod ſic, vt illa lex aliquid operatur. Sed retento, quod ante illam legem nō liceret relinquere locis pijs, ſatis videtur operari diſpoſitio illius legis, etiā in his, qui erāt habiles: & ideò tenendum eſt, quod inhabiles ad teſtandū nō cēſētur per illam legem habilitati ad teſtandum ad pias cauſas, ſed ſolummodo conceſſa facultas habilibus, vt poſſent relinquere Collegijs, et locis pijs. & ita tenuit gl. in d.l.1. in verbo, Habeat. & eſt communis opin. vt dicit Iaſ. ibi num. 11. & ſeq. in lect. Papien.*
3 *Hinc* b *infertur, quod pupillus, qui de iure communi teſtari*
b *nō poteſt, etiāſi pubertati proximus ſit, neque etiam ad pias cauſas teſtari poterit. Ita tenet Bart. in d.l.1. nu.18. C. de ſacroſ. eccleſ. & ita tenent communiter Doctores omnes, vt dicit Beſſe. in repet. d.l.1. nu.92. & ſeq. ita etiā cōmuniter teneri atteſtatur Abb. in rub. de teſt. num.9. in fin. Hanc etiam dicit eſſe communem opin. Alex. conſil.182. poſt nu.2. lib.5.*

*Barbat.*



2 c *Prodigus.*] Hic addendum eſt, quòd † non ſolum pubertati proximo, de quo iam dictum, ſed etiam prodigo teſtamenti factio ſtatuto, vel lege municipali concedi poſſit: eo quod in eo magis ſit ciuilis. quàm naturalis teſtamenti faciendi prohibitio, hoc eſt, non quia prodigus (vt furioſus, & infans, & ſimiles perſonæ) mente, ac intellectu omninò careat: ſed quia bonis ei à prætore interdictum ſit: quo generali interdicto, ſimul quoque poteſtas teſtamenti conficiēdi adempta eſſe inte-
3 ligitur. Poſſe † autem iuris ciuilis diſpoſitionem lege municipali, vel principali tolli, aut mutari, conſtat ex §. ſed naturalia. 11. inſtit. de iur. natur. gent. & ciu. Bartol. in dict. l. ſi quæramus 4. nu. 6. ff. qui teſtam. fac. poſſ. Reuſner. d. par.2. cap.11. num.21. & ſeqq.

Nec huic aſſertioni obſtat, quod ſtatutum iſtud non modo bonis moribus naturalibus, l. 1. ibi, ſanos mores receperit, ff. de curatoribus furioſ. & alij extra minor. dand. ſed etiam iuri, & commodo publico aduerſari videa-
4 tur: cum † Reipublicæ interſit, ne quis re ſua malè vtatur, §.2. verſ. ſed & maior Inſtitut. de his, & qui ſui, vel alie. iur. ſūt. At illiuſmodi ſtatutum non valere certum eſt: ſiquidem non ſolum ſan-
5 ctum, & honeſtum, † vt lex alia quælibet, ſed etiā tale debet eſſe ſtatutum, quod à prudētiſſimis redargui nequeat, c. erit autem lex. diſtinct. 1. l. ex facto 43. in princip. ibique DD. ff. de vulg. & pupill. ſubſtit. Illud inquam, non obſtat; quandoquidem
6 † prodigalitas reſpicit potius bonos mores, quos vacant ciuiles, & non naturales: quoniam in prodigo nulla turpitudo, quæ peccatum concernat, ver-
7 ſatur. Sed & † regula illa de non abutendo bonis ſuis procedit, ſi nullum prorſus commodum ex ijs alius ſit percepturus; veluti, ſi quis pecunias in mare proijcere velit: ex quo abuſu nullum cuiquam accedit emolumentum: ſecus verò eſt, ſi quis re ſua abutendo interim alteri commodet; in quo nihil incommodi Reipublicæ affertur: quia tametſi pecunias hoc modo alteri largitus ſit: nihilominus tamen eæ in Republica permanent, argumen. l. ſed, & lege 25. §. conſuluit 11. ff. de hæredit. petit. Reuſner. dicto cap. 11. num. 28. & ſeqq. *Harprec.*
8 d *Sed an furioſus.*] Cur † furioſus ad pias cauſas teſtari non poſſit, hæc etiam reddi ſolet ratio: quia legata pia licet regulariter non regulentur iure poſitiuo; regulantur tamen iure naturæ, & gentium, c. cum eſſes 10. & c. relatum 11. de teſtam.

*Barbat. conſil.58. lib.1. Guliel. de Bened. in 1. par. repet. cap. Raynut. fol.221. poſt nu. 68. verſ. Sed aduertatis. Bauerius in §. præterea, num.1. & ſeq. Inſtit. qui teſt. fac. poſſ. Deficit enim in pupillo voluntas, & intellectus, cuius defectus fauore piæ cauſæ nūquā ſuppletur.*
4 *Secundo infertur, quod ne-*
c *que etiam* c *prodigus, qui pariter de iure communi eſt inhabilis ad teſtandum, vt dixi infra quæſt. 33. non poterit ad pias cauſas teſtari, ita tenet Baldus in d.l.1. num.17. C. de ſacroſan. eccleſ. & hanc opinionē firmāt communiter Doctores, vt dicit Alex. in d. conſil.182. poſt nu. 6. verſ. Sexto probatur. Hanc etiam concluſionem, quod prodigo bonis interdicto, etiam ad pias cauſas non concedatur teſtamenti factio, dicit eſſe communem Legiſtarum Beſſet. in repet. d.l.1. nu.100. Regulariter enim prodigus, cui interdicta eſt bonorum adminiſtratio, æquiparatur pupillo.*
5 *Sed* d *an furioſus poterit te-*
d *ſtari ad pias cauſas? Reſpond. quod non. Ita tenet Bart. in d. l.1. nu.16. C. de ſacroſ. eccle. & eſt communis opi. vt dicit Gratus conſ.30. nu.33. lib.2. Subeſt enim in furioſo idem defectus intellectus, ac voluntatis, qui in pupillo, quem defectum, vt dixi, lex fauore piæ cauſæ non ſupplet.*
6 *Quæro, quid in damnato ad*
e *mortem,* e *an poſſit teſtari ad pias cauſas? Reſpon. quod non. Ita tenet Bart. in repet. d.l.1. nu.6. C. de ſacr. eccl. & ita cōmuniter tenetur, vt dicit Abb. in rub. de teſt. poſt nu.11. verſ. de dānato. Hanc etiā dicit eſ-*
f *ſe communem* f *opin. Alex. in alleg. conſ.182. poſt nu.5. Eſt enim per ſententiam condemnationis effectus ſeruus pœnæ, & ſic amiſit libertatem, & bona. Quod tamen intellige, vt dixi infra, q.21.*
7 *Sed nunquid filiusfamilias,*
g *qui & ipſe alias eſt* g *inhabilis*
h *ad teſtandū,* h *vt dixi in q.18.*
i *poterit* i *teſtamentum condere ad pias cauſas? Reſp. in hoc articulo variæ fuerunt opin. Doctorum, de quibus per Scribētes in l. ſenium, C. de teſtam. Cæterum omiſſis diſputationibus, magis communis opin. eſt, quod poſſit teſtari ad pias cauſas, vt dicit Alex. in l.1. §. hoc autem, nu.4. ff. ad Trebel. intellige, modo interueniat conſenſus patris. Et ita loquitur tex. qui eſt fundamentum huius concluſionis, in c. licet. §. fin. gloſ. in verſ. iudicare de ſepult. in 6. Et hāc eſſe magis communem opin. atteſtatur Rom. in repet. Auth. ſi militer, C. ad l. Falcid. Ang. in §.1. num.7. Inſtit. quib. non ſit permiſ. fac. teſtam. quem refert Gul. de Bened. in 1. par. repet. c. Raynut. fol.39. nu.20. Apoſtil. ad Bart. in l. qui in poteſtate ſub nu.2. ff. de teſt. Franc. in c.1. nu.36. de teſt. in 6. Iaſ. in d. l.1. in lect. Pad. nu.23. C. de ſacroſ. eccleſ. & in d.l. ſenium, nume.5. & in l. hac conſultiſſima, §. ex imperfecto, poſt num. 10. verſ. Secūdo pro iſta. C. de teſt. Dec. in d. l. ſenium, num.21. & ſeq. Ruin. conſil.62. num.11. in fin. lib.2. Curt. iun. in dict. §. ex imperfecto, n.20. C. de teſt. Paris in c. in præſentia, nu.20. de probat. Io. Dilect. de arte teſtādi, tit.1. caut.1. n.1. in fin. Et licet in puncto iuris multa dici poſſent: tamen in practica non eſt ab hac opinione recedendū.*

Sed teſtamentum à furioſe factum peccat in iure naturali; quia
9 in eo deficit voluntas: † cum furioſi nulla ſit voluntas, l. furioſi, 40. de regul. iur. Ergo deficit voluntas, & ſic ſubſtantiale: de-
10 ficiet quoque cauſatum ab ea: cum † teſtamentum nihil ſit aliud, quam voluntatis noſtræ iuſta ſententia, l. 1. ff. qui teſtam. fac. poſſ. planè fu-
11 rioſus, qui † dilucida interualla habet, ſi tempore ceſſantis furoris fecerit teſtamentum, & perfecerit, quin id valeat, non dubiū eſt, l. furioſum 9. C. dicto titul. Notanter dixi, perfecerit: quia ſi poſt cœptum teſtamentum, ante perfectionem furor ſuperuenerit: tanquam imperfectum non valere, ne quidem ad pias cauſas, crebrius obtinuit, vti teſtantur Imola in d. c. relatum 11. de teſt. Graſſ. lib.1. recept. ſent. §. teſtam. q. 17. nu.4. eoſq; referens Thadęus Piſo lib.1. var. reſol. c.5. nu.3. *Harprec.*

e *In dānato ad mortem.*]
12 Quod † dānatus ad mortem teſtari non poſſit ad pias cauſas, præter Doct. hic allegatos, affirmant quoque Bald. Caſtr. Fulgoſius, Aret. in l. eius, qui 8. §.1. ff. qui teſt. fac. poſſ. Couar. in rubr. de teſtam. p. 3. nu. 27. Capra concl. 102 nu. 106. Graſſus d. §. teſtamentum, q. 26. nu. 5. Peregr. de iur. fiſc. lib. 3. tit.2 num.3. Farin. de var. ac diuerſis quæſtionibus q. 102. inſpect. 2. num. 115. hoſque citans Piſo d. lib. 1. var. reſol. c.3. nu.5. eaque de re fuſius, Deo propitio, dicturi ſumus infra, q.21. *Harprec.*

f *Commun. opin. Alex.*] Fallit Auctor hic, quoniā Alex non atteſtatur hoc, ſed ſolum refert argum. quo Bal. vtitur; eſt tn̄ vera, & com. opi. illa. *Giac.*

g *Filiusfamilias.*] Sed an filiafamilias poſſit teſtari de dote profectitia ſtipulata reddit patri, vel filię? Quod non, vide per Cęph. eius conſ. 256. vbi plene conſultus reſpōdet, atq; cōtraria diluit. *Giac.*

h *Inhabilis ad teſtandum.*] Fallit, ſi in teſtamento ſit appoſita clauſula codicillaris, vel vt valeat tanquam donatio cauſa mortis, vel cuiuſque vltimæ voluntatis: tunc enim teſtamētum ſuſtinebitur in vim donationis cauſa mortis, vt per Iaſ. & Curt. Iun. in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto, C. de teſt. *Guiot.*

13 i *Poterit teſtamentum condere ad pias cauſas.*] Ratio † huius receptiſſimæ opinionis hæc aſſignari poteſt: quia teſtamētum ad pias cauſas eſt res ſpiritualis, quę iuris ciuilis diſpoſitioni nō ſubiacet, d. c. relatum 11. ibi non ſecundum leges, de teſtam. cap. licet.4. de ſepulturis in 6. qua conſtitutione derogatur iuri ciuili: quia permittit iudicare, id eſt teſtari pro anima, ſi pater conſentiat, vt gloſ. ibidem verb. iudicare, ſignificat, & arguit

cap.